

Quellenblatt 6

15. Const. Tanta § 10: Tanta autem nobis habita antiquitati est reverentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo, sed unusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris digestis inscriptum est. hoc tantummodo a nobis effecto, ut si quid in legibus eorum vel supervacuum vel imperfectum vel minus idoneum visum est, vel adiectionem vel diminutionem necessariam accipiat... multa et maxima sunt, quae propter utilitatem rerum transformata sunt.

So große Verehrung haben wir dem Alten entgegengebracht, daß wir es nicht zuließen, daß die Namen der Rechtsgelehrten der Vergessenheit anheimfielen. Vielmehr ist jeder Autor einer lex in unseren Digesten vermerkt. Dabei sind wir so vorgegangen, daß wenn etwas in den leges überflüssig oder unvollkommen oder ungeeignet erschien, dies entweder die nötige Ergänzung oder Kürzung erfuhr... Vieles nämlich ist notwendigerweise geändert worden.

16. Const. Tanta § 21: Hoc autem, quod et ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri deo adnuente mandabamus, tempestivum nobis videtur et in praesenti sancire, ut nemo neque eorum, qui in praesenti iuris peritiam habent, nec qui postea fierent, audeat commentarios isdem legibus adnectere. nisi tantum velit eas in Graecam vocem transformare sub eodem ordine eaque consequentia, sub qua voces Romanae positae sunt, et si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint et ea quae paratitla nuncupantur componere.

Das, was uns von Anfang an richtig erschien, als wir mit Gottes Willen dieses Werk zu verfassen befahlen, erscheint uns auch jetzt angebracht zu bestimmen, daß nämlich keiner der jetzigen oder künftigen Rechtsgelehrten es wage, diesen Gesetzen Kommentare zuzufügen. Ausgenommen ist die Übersetzung in das Griechische in gleicher Ordnung und Abfolge, wie sie auch im Lateinischen besteht, sowie die Zufügung von Titelregistern und Parallelstellen.